



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. Testimonium de Immortalitate animæ, Resurrectione mortuorum & Vita æterna, & De Sinu Abrahæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

II.

DE IMMORTALITATE
Animæ & Vita æterna.

Diligentiſimè expetenda eſt forma uerborum, qua Moſes de Abraham mortuo utitur. Congregatus eſt ad populum ſuum. Docet enim Animas piorum non diſſipari ut pecudum animæ euanescunt, Sed congregari & colligi ad populum ſuum, hoc eſt, in cœtum beatæ Eccleſiæ. Hinc uerba Eſaiæ cap. 56. ſumpta ſunt. Viri ſancti colliguntur, & nemo eſt qui conſiderat. Antequam ueniat calamitas colliguntur iuſti, & ueniunt in pacem, & requieſcunt in cubilibus ſuis, quia rectè ambulauerunt. Sap. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.

Teneant autem Studioſi in hoc loco piam & ſimplicem ſententiam, de ſede & ſtatu animarum poſt hanc uitam. Cum enim animæ piorum uiuant poſt mortem, & colligantur ad populum ſuum, neceſſe eſt, aliquod receptaculum eſſe, in quo expertes omnium malorum & beatæ uerſentur, donec ſtatuto tempore in uetus domicilium corporis renouati redeant. Id hoſpitiū excipiens animas poſt mortem uarijs nominibus in Scriptura appellatur. Luca 16. Simus Abraham, id eſt, congregatio ſeu cœtus omnium piorum, qui fide promiſſionis traditæ Abraham ſaluti ſunt, Luc. 23. Paradifus, Sap. 3. Manus Dei. Gene.

92. & alibi *hanc* quod non significat locum dano-
natorum, sed locum proprium beatæ Ecclesiæ, &
omnium electorum ad uitam æternam.

Hac generali explicatione, quæ plaus & scri-
pturæ consentanea est, contenti simus, nec curio-
speciem inquiramus, sed fide obtemperemus Deo
euocanti nos ex huius uitæ miserijs, & monitu
portum, in quo suauissimè acquiescimus & re-
quiescimus.

Cum autem animæ piorum uiuant, & sancti-
tate, cumq; uita & beatitudo in actione consistat,
certò nobis persuasum sit, Animas piorum a con-
tribus segregatas non ignauum otium agere, sed
conspicui & sermonibus Dei, ac letas Deo gratia
agere pro liberatione ex miserijs, & portu
consecutæ sunt, & pro tota Ecclesiâ ardentissimè
precari, ut Luc. 9. Moyses & Helias colloquuntur
cum Christo de ijs, quæ euentura erant.

III.

DE PRÆDESTINATIONE.

Paulus Rom. 9. disputans, quæ sit uera Ecclesiæ
Dei, & quomodo constituatur ac propagetur
na electione, uocatione, & uoce Euangelij per
ricordiam propter Filium, citat huius Capituli
stimonium. Rebecca, cum ex uno Isaac patre
gratia